

QVAE 'OMINA
 QVAE PORTENTA LIPSIAM INFESTANT
 VT
 TANTA FIAT DEVASTATIO.
 NOVISSIME
 PVRPVRAM ET SCEPTVM ACADEMICVM MORS FVNESTAVIT
 MORTE **MAGNIFICI SCHAMBERGI**
 NVNC EHEV!
 IN MEMBRA QVOQVE ACADEMIAE SAEVITVR
 SAEVITVR NE QVID GRAVIUS DICAM
DI PROHIBETE MINAS ET TALEM AVERTITE CASVM!
 AMISIMVS
VIRVM CELEBERIMVM
OTONEM MENCKENIVM
PROFESOREM LIPSIENSEM MERITISSIMVM
 O DIRA ET DVRA FATA!
 O OMINA INFAVSTA
 NON EQVIDEM HOC MALVM AVGV RATI SVMVS
 EX ALITIS VOLATV, CANTV SINISTRO OSCINIS
 AVT TRIPVDIS SOLISTIMIS
 NEC QVIDQVAM
 CAVA PRAEDIXIT AB ILICE CORNIX
 SED
 FERALIS PRAECO FVNVS FVNESTISSIMVM INDIXIT:
OLVS QVIRIS LETO DATVS EST
OLVS HODIE ECFERTVR
 ECFERTVR ILE EHEV! SED NON SOLVS
 DVM
 IN VNO NON VNVM PERDIDIMVS
 LVGET
LIPSIA ORNAMENTVM
ACADEMIA PROFESOREM
DISCENTES DOCTOREM
MVSAE STATOREM
SOCIETAS LITERARIA PRAESIDEM
 HINC
 IN TANTO LVCTV
 MVSAE POLITIORES IVSTITIVM SVMSERE
 SEDENT IN SQUALORE ET SITV

* Quae acta Eruditor. colligit.

QVIA